Nugae litterariae

IN MEMORIAM

De vitae deauratae oratione a praestante equite, vulgo dicto, D. Quijote de la Mancha caprariis concionata.

Postquam D. Quixote satisfecit stomachum suum, glandium in manu carpit pugnum, aspicientemque ipsas atente, similibus rationibus vocem solvit.

Fausta tempestas soeculaque fausta quibus antiqui deauratorum nomen posuerunt; etsi non quia in illis aurum, quod aestimatur hacce nostra bene quidem ferrea aetate, assequeretur fortunata in illa absque defatigatione, nam qui tunc vitam agebant, verba «tuum meumque» nesciebant. Sancta in illa tempestate omnia erant communia; nenimi opus erat ad vulgare cibum capiendum alteram operam dare nisi manum levare, assequique eum ex querquis nervosis, quœ libère convivabantur dulci suo maturoque cum fructu.

Lucidae fontes atque currentia flumina illis offerebant splendida copia jucundas trasparentesque aquas. Rvpium in hiatis atque arborum in cavo suam rempublicam efformabant sollicitae circunspectaeque apes, offerens cuique manui dulcissimi ullo absque commodo sui laboris uberosam messem. Suos strenui suberes ejiciebant, nonnisi ex urbanitate, cortices amplos et leves, cum quibus rusticas super sedes sustentae domui, tantum ad munimen intemperierum coeli.

Tunc erat pax ubique, amicitia et concordia. Nondum curvi aratri aussus erat clatrum viscera aperire atque invisere pia nostrae pristinae matris, quod ea ipsa suum uberum spatiosumque senum non invita offerebat ubique, quot filiis tunc possidentibus saturare sustinere, libere potuisset. Tunc simplices spectabilesque pastorcellae a valle deambulabant ad vallem atque a colle ad collem, crinibus capilloque solutis, ullis vestibus non utentes nisi necesarii tantum ad honeste coperiendum quod honestas vult ac semper voluit tegere; at non erant ornamenta sua quae nunc utuntur. quibusque Tiri purpura atque per tot modos cruciatum sericum extollunt,

quinimo ex aliquibus viridium verbascorum foliis hederaque connexis, cum quibus magnifitiores se habebant nostris atque ornatiores hodiernis aulicis, inusitatis et infrecuentibus enm adinventionibus ab studio exhibitis otioso. Tunc candide ornabant conceptos animae blandos ac simpliciter ipso modo ac stillo quod ab ipsa concipiebantur verborum absque artifitioso studio extolentibus.

Fraus dolus nec pravitas erat cum veritate atque simplicitate permixta. Intra suos limites habebat se careus commodo aut gratia qua ofendi aut turbari audeatur justitia, quod nunc detrahunt, permiscent et persequentur. Necdum lex insertionis mente sederat judicis, quia nec judicare, neque quis judicaturus tunc erat. Puellae atque honestas, ut dixi, deambulabant ubique, incommitatae ac dominae, absque formidine ut impudentia aliena lascivusque conatus imminuissent eis, earumque perditio gustu et voluntate propria oriebatur.

Nunc vero, hisce in nostris pessimis soeculis, nulla est secura, quamvis alter celet claudatque labyriuthus novus ut dedalea castra; quoniam ibi tum per rimam tum per aerem una cum zelo amorosa sollicitudinis maledictae intruditur contagio, propriam facitque evertere pudicitiam. Ad quod munimen cum tempora cucurissent crevissetque pravitas est equitum andantium instituta ordo, puellas tuendas, viduas protegendas, horfanos pauperesque subveniendos.

Ex hac ordine, fratres caprarii, sum ego, quibus refrigerium affabilitatem refero, mihi meoque scutigerio factos, quœ, quamvis omnes viventes ex naturali lege equites andantes obstricti sint favere, adhuc sciendo quod vos nescitis hanc obligationem, excepistis lauteque accepistis me, justum est enim quod voluntas mea vestrae deobligetur quantum possit.

Haec omnis longa oratio quam bene quidem potuerit excusari, noster eques, quia glandes sibi donatae memorarun et deauratam tempestatem, dixit.

Bchms Acisclus M. et Vateros.

Matriti pridie Non. Apl. M. C. M. XVI.